

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtvte Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Quibus orationes fundenda sunt. Punct. 4

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](#)

ut à Dōx̄t̄ eius nomen, & quidquid ipse est à nobis celebretur, & honoretur, quod praecipue fide & religione sit. In secunda expollulatur eius regnum nolis aduenire per charitatem, & gratiam. In tercia generaliter optamus diuina voluntatis conformatum, quod est opus magna perfectionis & charitatis.

4 Tertio loco subsequuntur peticiones nostram utilitatem praecipue spectantes, quarum prima & in ordine quarta est petitio panis quotidiani. Dicimus namque Hoc Patti nostro, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: id est ea, que necessaria sunt ad vitam nobis concede. Quod expendens D. Chrysostom. hom. 18. inquit: Non petuntur preiosas velleas, nec cibi delicati, sed ea solidū quia natura necessaria sunt. Neque enim placet Deo amplius indulgere naturā, quam à nobis ipse necessitatis vīs expolit. Vnde inicit Chrysostomus. Qui in uno coniungit & vno die ea, que pluribus diebus consumenda erant, consumit, non viderit confundere quae petiuntur, & que Deus volunt concedere. Ipse enim alimento vnius duci exposuit, & plerumq; dierum alimento consumpsit. Item expostulari volunt Christi alimentum pro die praesente, vt folicitudinem in tristitia refrearet; non enim videatur equum folicitudinem habere alimenti pro illis diebus quos ignoramus ab finis vita*ti*. Quod si quis ut ille dices, qui subito mortuus est, & sepultus in inferno, in plures dies paratum cibam haberet, quo feruor & efficacia dicere potest (inquit Chrysostom. dicta hom. 15.) *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: illud enim expostulari efficaciter, quod non habent. Ex quo videtur sequi hanc orationem cum omni sua perfectione fauisc convenire. Pauci enim inueniuntur ita, ut terrenis curis & sollicitudinibus mundi liberi, qui solo alimento illius duci contenti sint, nihil in crastinum referentes. Sed ne hanc diuinam petitionem omnibus communem coartemus, dicendum est, non solum eis de quorundam alimento, sed de quotidiano alimento à Deo nobis concedendo. Habere namque alimento commune est iusti & peccatoribus: sed habere illud ex manu Dei & iuxta eius voluntatem iusti conuenit (inquit Chrysostomus:) quia illi tantum sunt, qui iuste, piē, & sancte acceptum à Deo consumunt. Peccatores enim & mali acquirunt, & peius consumunt. Et ita dici potest, cum qui de iustitia acquisitum panem manducate, qui autem cum peccato alienum.**

Non solum autem de materiali pane hac petito intelligitur à sanctis Paribus, sed etiam de pane illo Eucharistico: quod fas-
tis indicat verbum *super substantiam* appositum à Christo Domino Matth. 6. iuxta vulgariter translationem S. Hieronymi. Hunc ergo panem diuinum, etiam si iam ex se nobis datum sit, expolulamus, ut derur de facto cum fructu & effectu, ad illum que cum summa reverentia accedamus. Petimus autem illum quotidie; non quia necesse sit illum quotidie accipere, sed quia ad illud quotidie recipiendum debemus esse dispositi, iuxta illud Ambros. lib. de Sacram. i. sic vix ut quotidie merearis accipere. Neque ex hac petitione quotidiana sequitur, quod non possit hic panis peti non tamen pro praesenti die, sed etiam pro reliquo, sed id effectum est, vt nobis indicat Christus singularis diebus augendam esse dispositionem ad hunc calestem panem recipiendum.

Quinta petitio est de remissione peccatorum pro qua obtinenda fiduciam maximam habere potest, quem Deus ita excludit, ut ad eius messem permisit accedere, eiisque diuino corpore sustentari. Petimus ergo remissionem peccatorum quod culpam, & penam: quia petiunt perfecta remissio debiri, de cuius ratione est remissio culpae & penae. Extenditurque hac petitio non solum ad debita mortalia, sed venialia; quia vitaque sub debito comprehenduntur. Quod si aliquis liber ab omni peccato mortalī & veniali sibi videatur esse, & à pena pro ipsius debita: adhuc non debet ab hac oratione cessare: quia timere debet non ita esse sicut ipse existimat 2. Corinths 4. Ecclesiasticus 9. nimis arrogans, & presumptus esset si se ita liberum reputaret. Sed dato quod per revelationem cognoscet, adhuc debet orare: quia non pro se tantum, sed pro omnibus orari: & non solum pro remissione peccatorum, qui commisisti, sed pro remissione peccatorum facienda, si committantur. Adde orare pro remissione cuiuscumque penalitatis debitis pro peccato commisso.

6 Subiungimus item ut nobis dimittat, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, quod non æqualem denotat, sed conditionem ad remissionem. Non enim intendimus ut Deus nobis debita remittat, ea forma & mensura, qua nos debitoribus nostris remittimus. (Propter dolor quām diminuit efficiens!) sed intendimus ut secundum suam magnam misericordiam nobis remittat debita s; siquidem, & nos dimittimus omni debenti nobis, ut dixit Luc. cap. 11.

Sed quid dicendum si actualiter peccato affectus sis, & maxime peccato odij aduersus proximum: cessante tunc debes ab hac oratione, ne videaris Deum irridere, à quo peccati remissionem postulas, cum velis nob̄ remitti, posito quod in illo animo perfueraueris: insuper quæ falso allegas remissionem proximo factam, cum tamen nulla sit?

Respondeo adhuc te posse & debere hanc orationem fundere, non intendendo ut Deus tibi peccata remittat absque invenientia. de Castro Sum. Mor. Pars II.

tatione tuae prava voluntatis, hoc enim esset sacrilegium: sed ut mutando prius tuam prava voluntatem tibi peccata remittat. Cum vero tuus petis tibi remitti peccatum, sicut remittis iniurias, vis dicere: sicut mihi debitum est, iniurias remittere, sic peto remissionem peccati. Ad remissionem enim peccati remissio cuiuslibet iniurie presupponi debet. Petis ergo ut Deus tibi remittat peccatum mutando prava voluntatem, quam de praesenti habes; sicut etiam debet mutare prava voluntatem & iniuriam, quam circa proximum reuies, quia hanc mutare ad remissionem peccati tibi debitum est. Adeo illa verba, sicut nos dimittimus, non tam ad particularem personam quam ad Ecclesiam referuntur, ut dixit S. Thom. 2.2. quæst. 83. art. 16. ad 3. Ecclesia autem cum sancta sit & pura iniurias remittit.

7 Hac autem debita, quorum remissionem petimus, ex tentatione oriuntur: ideo subequitur sexta petitio, & ne nos in tentationem (peccati scilicet) inducas. Cuius postulatum duplex est. Primum & præcipuum ne nos permittat tentationibus peccatorum consentire: quia tunc propriè per consensum in tentatione inducimur. Secundum postulatum est, ne illis vexemur. Nam licet vexari tentationibus malum non sit; et tamen periculum, ac proinde optimè possumus desiderare & petere à tali periculo liberari. Neque enim male, sed porcius bene egit Paulus cum à Deo postulauit ut stimulat carnis ab eo recederet, Sed quia dum famis in hoc mortali corpore absque miraculo liberi esse non possumus ab omni tentatione: tum quia somes peccati ad malum inclinat, tum quia Dæmon semper, circuit quarens quem deuoret, & ex alia parte in aliquibus tentationibus parum periculi esse potest, & occasio copiæ fructus: ideo credo, nos non petere absolue nalla tentatione vexari, sed non vexari tentatione periculosa, & quia nos ad confessum grauerit inclinet, & quasi in periculo morali constituantur.

8 Ultima petitio est, ut si à malo liberemur. Per malum autem non solum infida diaboli intelliguntur, alias hæc petitio à precedenti non fuisset distincta contra communem sensum Patrum distinguendum septiem petitiones in hac oratione. Sed intelliguntur mala, quæ & beatitudinem retardare possunt, & nobis esse possunt nocua, etiam tempora lata fint. Quia desiderare isti omnibus esse liberos bonum est. Protestamusque tali petitione nos continuo à Deo pendere.

His omnibus petitionibus additur clausula *Amen*, per quam indicat omnino se confentire omnibus superioribus petitionibus, illasque denuo approbat, & nouum circa illas aff. Etum habere, ut dixit Hieron. in cap. 6. Matth. & Ambros. Psalm. 40. *Post illa verba. Fiat fiat.*

P N C T V M I V.

Quibus orationes fundenda sunt?

- 1 Proponitur error nullum alium nisi Deum inuocandum esse.
- 2 Quæ argumenta hunc errorem probent.
- 3 Deum ut primum autorem solum esse inuocandum, Sanctos, ut pro nobis orient, & intercedant, & ex potestate à Deo accepta nobis beneficia conferant,
- 4 Probatur Deum solum, ut primum omnium bonorum autem esse inuocandum.
- 5 Sanctos ut intercessores inuocandos esse.
- 6 Ut nobis beneficia conferant, inuocari debere.
- 7 Satisfit argumentis hæreticorum.
- 8 Animabiles purgatoriū nos commendare non posse ut probabiliter defenditur.

1 **H**ac in te est cum hæreticis controversia. Ipsi enim tenetur nullum alium præter Deum inuocandum esse. Sic docuit Eustachius Sebale Episcopus, quem refert Castro contra heres verbo sancti, colligitur ex epistola synodali Concilij Grängensis, cum damnantur, quia Basilicas Martyrum contemnabant. Hunc sequuntur et Vigilianus secundum Hieronymum in libro contra eundem, & in epist. 13. ad Riparium successorum huic dicti hæretici. Apostolice tempore Bernard. serm. 66. in Cantie. Item Carthareni, & Passareni tempore Alexandri III. teste Turrecrem. lib. 4. de Ecclesi. p. cap. 83. His adhaerent VValdenses, seu pauperis de Lugduno teste Antonino 4. p. t. 1. cap. 7. §. 2. & Turrecrem in Chronol. anno 160. Item Vibiceph, qui dicebant inutilem esse Sanctorum inuocationem, teste Thom. VValdens. tom. 3. de Sacram. cap. 108. & seqq. Ac denique nostris temporibus Lutherus, & Calvinus, & alii hæretici, qui non solum aucti sunt affirmare inutilem esse Sanctorum inuocationem, sed impianam, & sacrilegam, ipso tamen derogantem dignitati Christi.

2 Fundamenta huius erroris esse possunt. Primum, quia nullus alijs præter Deum dignus est adoratione. Ergo nullus alijs præter Deum orandus est, cum oratio culcus sit religiosus. Antecedens probat potest, tum ex illo Exod. 20. Non habebis Deos aliens coram me. Nam qui sanctos inuocari, & orari, videtur eos, quia Deos habent. Tum ex illo Deut. 12. Quod præcipio tibi, hoc tanquam facito Domino Deo tuo, neque addas quidquam, neque minnas;

A 1 minnas;

minus. Non igitur in materia cultus licitum est addere his, quae à Deo sunt præcepta. At præceptam non est, ut colas Santos, illisque ores. Ergo, cum ex illo Matth. 6, ubi solum ad Deum nos docuit Christus orare.

Secundò, inutile esse videtur, ac periculosa talis oratio: tum quia nobis non confat Santos, quibus orationes fundimus, vere Santos esse, & Deum videre, & mox minus nobis confat nostras orationes præcipue mentales cognoscere, cum longè à nobis sit, factusque illud Ia. 2. 63. Abraham nescivit nos, & Israël ignoravit nos. Tu Domine Pater noster, & Redemptor noster, & quasi filius Deus sit, qui nos cognoscet. Ideoque Ia. 5. culpanus auxiliu petentes pro viuis à mortuis.

Tertio, hac inutile Sanctorum videatur derogare dignitatem Christi. Primum, quia indicat Christum non esse vicium mediatorum Dei, & hominum contra illud 1 Timos. 2. siquidem alii mediatores affluerunt. Secundò, indicat eius intercessio nem esse insufficiens: nam si ipsa sufficit, ut quid Sanctorum intercessio postulatur?

Quartò, videris minus fidere de Deo, eiisque diuina misericordia, cum tot intercessores apponas, ad illum inclinandum. Ipse enim ab aeterno decreuit quid esset facturus, neque villus intercessio desistere potest, ab eo. Item promptissimus & ad tibi benefaciendum, ut quid ergo intercessores affluiunt.

3 Nihilominus Catholica veritas est Deum solum inuocandum esse, ut primum auctorem, & cauam omnium bonorum; Santos vero ut advocatos & intercessores apud ipsum, vel etiam ut nobis ex potestate sibi à Deo concessa, aliqua dona conferant. Hanc conclusionem latè & eruditè defendunt aduersarii hereticorum nostri temporis. Sanctissimus Pater Robertus Bellarm. Societas nostræ professus, & S.R.E. Cardinalis lib. i. de cultu Sant. cap. 15. Valen. 2. 2. dif. 6. quaest. 2. pun. 7. Statut. lib. 1. de orat. cap. 9. & 10. Iesu lib. 2. cap. 37. dub. 6. & alijs apud ipso. Triplim partem habet conclusio. Prima est Deum nobis ut auctorem bonorum omnium esse inuocandum. Secunda est Santos inuocando, ut nostros patronos, & intercessores. Tertia, ut potestatem ministerialem habentem nobis conferendi aliqua bona, quas singulas, sic probo.

4 Prima ergo pars, quod Deus sub illatione sit solum colendus, est luce metidiana clarius. Nam solus Deus est primus auctor, & causa totius esse, ita ut ab ipso omnia pendent, ipse vero à nemine. Ergo solus Deus sub illa ratione orari potest. Solum inquit potest, an possis orare Patrem, quin ores Filium, & Spiritum sanctum cum omnibus illæ tuis personæ per modum vnu principij iniqui causa sint toto boni esse? Rerpondeo te non posse orare vnam personam, quin virtualiter ores omnes. Ob rationem dictam; quia scilicet in omnibus est eadem diuinitas, maiestas, & potentia. Potes tamen formaliter, & explesè dirigere orationem vni, & non alteri, ob reali inter ipsas distinctionem, quodlibet sapientia facit Ecclesia dirigendo orationes suas Patri, ab illibet dona postulando per meritum Iesu Christi & Filii eius. Aliquando dirigit Filio specialiter, aliquando Spiritui sancto, ut in latitudo est manifestum.

Secunda pars conclusionis, pone inquam inuocari Santos, ut pro nobis orent, & intercedant, à variis consiliis est definita, præcipue à Trident. sess. 25. de veneratione Sanctorum, declarante hunc vnum à primordiis Ecclesiæ originem duxisse, quod certè sufficiens erat hereticorum ora obvindere. Nam ut dixit S. August. epist. 118. ad Ianiarium. De eo quod tota per orbem frequenter Ecclesia disputaret, an ita faciendum sit insolentissima infanxia est.

Ratione autem Theologica evidenter probatur. Sancti, & amici Dei possunt pro nobis apud Deum efficaciter intercedere, & de facto sic intercedunt. Ergo piè, & utiliter eorum intercessionem postulamus. Consequitur est certa. Quia illorum intercessionem vtiliter postulamus, quia prodele potest, si apponatur, & probabilitate spectamus apponendam esse; ut humanae exemplis illustringari poterat. Antecedens probo primo exemplo Pauli qui ad Colosenses 4. Thesal. 3. & ad Hebreos 13. & alibi, aliorum te orationibus commendauit. Ergo sensit orationes Sanctorum sibi prodele posse: quod si hanc voluntatem habent orationes Sanctorum, in hac vita degentum, ubi sunt misericordie pleni, peccatis subiecti, de sua salute incurti & solliciti, maiorem certè habebunt, postquam hinc demigraverint; & cum fadì sint omnino fecuti. Nam ut recte ratione in Hieron. contra Vigilant. cap. 3. Si Apostoli, & Martyres adhuc in corpore constituti possunt orare pro cœris, quando de se adhuc debent esse solliciti, quando magis post victorias, oronas, & triumphos, vnum homo Moyles (exegesis milibus armatorum imperat) a Deo veniam, & Stephanus imitator Domini sui, & primus Martyr in Christo persecutoribus veniam deprecatur, & postquam cum Domino esse experiri, minus valebunt? Iauis Apostolus ducentas septuaginta sex sibi dicit in naui anima condonatas, & postquam resoluta esse experit cum Christo tunc ora clausuras est? Absit. Quapropter Cyprianus in sermone de Mortalitate, inquit. Magnus illic charorum numerus expectat, fr. quens nos & copiosa turba desiderat iam de sua immortalitate fecerit, & adhuc de nostra future solliciti. secundum probatur idem antecedens exemplo Angelorum, qui pro nobis orationes fundunt.

Constat ex illo Tobie 12. Quando orabas cum lacrymis, &c. Ego (Raphael Angelus) obtuli orationem tuam Deo, & Apoc. 8. Data sunt ei (scilicet Angelus) ut dare de orationibus Sanctorum omnium, &c. Et ascendit fumus incensorum de orationibus Sanctorum de manu Angelis coram Deo. Sed anima Sanctorum æquales sunt Angelis in statu beatitudinis: vt dicitur Matth. 22. & Luke 20. & Apoc. 21. Ergo idem habent officia. Tertio probo testimonio tam veteris quam noui Testamenti. Nam Ier. 15. dicitur Moysem & Samuelem testifices coram Domino populo. Et 2. Machab. 15. notatur Jeremiam multum orare pro populo & viuenter sancta civitate Hierusalem. Ergo siquid euidentur et cognouisse hos sanctos, suis orationibus populo professe posse. Si ergo in carcere lymphi inclusi hoc poterent, quid non poterunt in partia existentes, & Deum clare inuenientes, & summo amore prosequentes? & in Apocal. 5. Quatuor animalia, & viginti quatuor seniores cediderunt coram agno, habentes cyathas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt cratinæ Sanctorum. Illa autem animalia & seniores ex hominibus beatis erant, ut docent communiter expostratores. Ergo homines beati suis orationibus nobis fauent. Quapropter Apostolus Petrus epist. 2. cap. 1. dices Iesu ex hoc mundo fideles consolabatur se apud Deum memoriam illorum habitum promittens. Dabo (inquit) operam, & frequenter habere vos posse obitum meum, ut horum memoriam facias. Quasi diceret mea intercessione faciam, ut ea, quæ vos docui memoria retineatis. Maneat ergo certum, non solum Santos beatos suis orationibus nobis prodele posse, sed etiam velic, cum ardenter quam in hoc mundo nos diligant.

Terteram conclusionis partem probant continua miracula quibus Deus aliquos sanctos specialiter honorat, ratione quorum ab illis fideles beneficia expostulare. Habent enim aliqui sancti à Deo speciale potestatam sanandi infirmates, encendi dæmonia, reuocandi aliquos mortuos. Si enim dum adhuc vivent, illis sicut haec potestas concessa, quid mihi si ipsi in celo existentes concedatur? fauicte hymnus in honorem Apostolorum compotius:

Quorum fratrebo subditur
Salus & languor omnium.
Sanare agros moribus
Nos redentes virtutibus.

Quasi illis videatur concessa à Domino potestas haec omnia efficiendi. Duplex autem sancti hos effectus prestat possum, primo petitione à Deo: possum namque scire Deum haec esse effectuum si ipse absolute petatur. Quod indicant illa veida praediti hymni:

Nos à peccatis omnibus

Soluite in suu quasumus.

Soluite iussu, id est, petitione. Quasi diceremus si vos pronobis oratis, est à peccatis liberari petitis, liberi erimus. 2. & specialiter possumus prestatre hos effectus media potentia ministeriali, quia simus cum Deo ad illorum productionem concurrent. Hoc ergo supposito non potest non esse Deo gratissimum corum auxilium implorare. Siquidem hac via testantur illos ut speciales sibi amicos honorasse. Sanctis etiam gratissimum erit; quia sic excirantur ad vnum beneficij accepti, corumque dignitas commendatur.

7 Argumenta hereticorum nullius sunt ponderis. Ad priuatum dico Deum solum dignum esse adoratione latere, quæ constituit in recognitione humili supremi dominij, & in extremitate excellentie: at alia adorationes inferiori, quæ dulce seu hyperdulia vocatur, quia ad virtutem obseruantia, seu pieratis Santos dignos esse. Ad locum Exodi nego inuocantem Santos ut intercessores reputare Deos: potius enim Deo inferiores reputamus; siquidem rogamus ut apud illum pro nobis intercedant. Locus Deuteronom. tanum probat nobis licitum non esse adiere divino cultui aliquid, quod non sit ita præceptum, ut derogat divino præcepto: alia non est licitum cultore Deum iuramento, voto, obseruatione alicuius feli, sacrifici oblatione, si pœna non est; quod est absurdum. Cultus ergo Sanctorum etiam in veteri testamento præceptum non sit, quia tamen prohibitus non est, ideo licitus esse potest. Addit in veteri testamento optime posse cultum Sanctorum, specialiter publicum prohiberi, tum ob periculum idololatriæ, tum quia non erat regnum celorum proprium, ut ipsi Sancti in illo existentes cognoscerent orationes & deprecationes, quæ ad illos indebantur. Neque his oblatæ doctrina Christi Domini, qui Matth. 6. nos docuit ad Patrem orare, ut ad totius boni fontem; non tam neq; agitur ad Santos orandum esse tanquam nobis patronos, & advocates.

Ad secundum negamus inutilem esse & periculosam talen orationem. Nam si oratio est publica, non potes illum fundere ad Sanctorum, qui ab Ecclesia ut talis approbatus non sit; si est priuata debet latere tibi moraliter constare de eius beatitudine ob opinionem sanctitatis in qua mortuus est. Cessit ergo morale periculum etrandi. Cum autem vides, Santos cognoscere non posse orationes nostras, præcipue mentales, negandum est. Possumus, inquam, nostras, à principio sua beatitudinis in Verbo cognoscere. Quid enim implicat, quod Deus cuilibet

beatum notitiam illorum, quae ad eius statum aliquo modo pertinent, communices, cum sui visionem communicatis; ita ut tunc in Verbo videat quidquid successu temporis in illius honorem faciendum est? Quod si hic modus dicendi tibi non placet, necessario fateri debes, Deum continuo manifestare Sanctis per specialem reuelationem orationes, quae ad illos funduntur: ne Ecclesia imprudenter & otiose cum ipsis loquatur, vixit qui locutionem perciperi non possunt. Negue contra hoc facit locus Isa.63. Quia loquitur Propheta non de qualcumque cognitione; sed de cogitatione approbatam. Non enim Abraham factus illius populi approbauit, id quod dixit Propheta illos ignorasse, nec sponte dixit auxilium virum eis: Ne*cio* vos, id est, vos reiecio, ac si nunquam cognovisset. Addit illo tempore Abraham non vidisse Deum; quia clausa era iatura regna celestis, quousque Christus Dominus illud intravit; ac proinde non mutum si petitiones ad ipsum non fuerint delatae, neque delatas cognoverit. Cum vero Isa.8. damnantur viui auxilium a mortuis petentes, id est: quia per incantationes & superstitiones petebant, ut colligatur ex illo loco ibi: *Cum dixerim ad vos, quarite a Pythoniis & a Diuinis, qui strident in eantationibus suis, nunquid non populis a Deo suo requiretes pro viuis a mortuis?* Ad legem magis *et* ad testimoniom, &c.

Ad temum negamus hanc Sanctorum invocationem derogare dignitati Christi: & ad probationem respondeo, Sanctos non esse mediatores sicut est Christus Dominus, Nam Christus Dominus est simul Deus & homo, ac proinde virtute propria, & non aliunde accepta mediator existit Timoth.2. Satisfecit enim pro omnibus, illisque quantum in se est Patri reconciliari, & hac ratione solus ipse vincens & mediator existit. Nam Sancti etiam mediatores apud Deum existunt sua merita praesentando, non existente mediatores in ratione propria, sed a meritis Christi accepta, a quo omnia sua merita virtutem habuerunt: neque nos Deo solutione reconciliari, sed solum intercedere ut facto reconciliemur. Non ergo derogare Christi dignitati. Addit Christum secundum aliquorum sententiam non exercere in celo officium mediatoris orando pro nobis, sicut non merendo, nec satisfaciendo, sed solum scriptum diuino Patri praesertim, & ad Hebreos 7. semper viuens ad interpellandum pro nobis. Cum ergo de propria interpellatione, & rogatione possit intelligi, non debet ad impropiam loquitionem reduci. Neque obstat in hac vita Christum Dominum omnia cum parte tractasse, & pro omnibus orationes fuisse, scimusque pro quibus exaudiens, & in quibus ob eorum maliciam sua oratio sanctissima non habebat effectum. Non, inquam obstat, quoniam in celo orare non possit: quia hoc solum probat, eius orationem necessarium non esse; non tamen probat, non esse primum & sanctissimum, & ut taliter fundi posse. Alias dum existit in hac vita solum semel orare debuerat. Cum & illa oratio, tunc sit infinita virtus, & efficacitas, & optimè cognovit, in quibus habitura efficit effectum, & in quibus non. Si ergo non obstante hac oratione ob eius eximiiam in nos charitatem scriptus orationem repetiuit, idem in celo nunc facere potest, & de facto facit: ut sic verius verificetur, semper pro nobis interpellare. Quod si obstat. Ergo potero Christum orare, ut pro me quoniam homo est, ad Patrem orer; quod videatur esse contra Ecclesiae praxim. Respondeo concedendo id fieri posse, si debita intentione fiat, & abit scandalum; quia puto quod honestum est, & quod Christus Dominus sanctissime facit. At quia datur occasio malevolis, & ignorantibus errandi, existimando Christum Dominum non esse personam diuinam, neque per se posse concedere quidquid nobis necessarium est, id est a tali postulatione, & oratione abstinetur.

Nunquam tamen Ecclesia postulat a Christo Domino, ut apud Patrem pro nobis oret, sed postulat ut misereatur nostri: ne occasionem tribuat existimandi Christum non esse Deum, neque sua virtute omnia nobis concedere.

Ad secundum probationem de sufficiencia meritorum Christi, que videbatur in invocatione Sanctorum minui; faciliter responderet, dicendo nos non postulare, ut pro nobis Sancti intercedant: quia existimus merita & intercessionem Christi nobis non sufficere; sed quia nos indignos iudicamus illius intercessione, favore & meritis, intercessionem Sanctorum nos disponi intendimus, & medius illius ad ipsum ascendimus. Ex quo nullo modo licet inferi minus sufficiens esse Christi intercessionem; alia id licet inferi ex eo, quod orationes Sanctorum in hac via degentum expoluimus, quod non est dicendum.

Eodem modo solvitur quartum argumentum. Non enim invocatio Sanctorum arguit minorem fiduciam de divina bonitate, sed arguit maiorem sui submissionem, & propriam indigenam cognitionem; & licet Deus omnipotens sit ad tibi beneficendum: id praestat per media a sua divina prouidentia praedicta; quoniam unum & praecipuum esse potest, ut eius amicos honoris, illorumque orationibus & intercessionibus faveatis.

Sed inquit an animabus purgatoriis nos commendare, & ad ipsas orare possimus?

Respondet breviter probabilis est nos non posse illam orationibus commendare; sic Sylva. V. oratio. Nauar. de orat. cap. 1. num. 22, & telato D. Thom. Palud. Alenf. inclin. Suarez lib. 1. de orat. cap. 10. n. 25. iuncto. num. 27. & 28. Azot. i. p. lib. 9. cap. 30. quæs. 4. Valer. 2. 2. diff. 6. quæs. 2. punct. 7. vers. Quarto certum est, & post medium ad quartam obiectiōnēm vel, secundum dico cum August. lib. de cura pro mortuis agenda cap. 13. Ratio est, quia neque est certum ipsas ibidem existentes pro nobis orare, neque nostras orationes cognoscere. Posita autem hac incertitudine oratione esse videtur ab illis aliquid petere, vixitque non intelligent petitionem. At quia probabilis est pro nobis orare, neque orationes cognoscere media reuelatione ab Angelis custodibus sui vel nostri probable est ad illas posse nos orationes fundere. Sic docet Bonacina alios referens diff. 1.

de horis canonice, quæs. 1. punct. 1. in fine. Quapropter (concludit Suarez supra) tentientem in hac oratione fructum & devotionem, non esse ab illa remouendum.

P V N C T V M . V.

Qui possint orare?

- 1 Nulla divina persona quatenus talis est, orare potest.
- 2 Omnes homines viatores orare possunt.
- 3 Angeli & anima bestæ pro nobis orant.
- 4 Preponitur obiectio quodam & solui: ur.
- 5 Pro se beatæ qua ratione orant.
- 6 Damnati veram orationem non possunt fundere.
- 7 An anima existens in purgatorio pro nobis orant? Referatur communis sententia, non orare.
- 8 Probabile satis est oppositum.
- 9 Satisfit argumentis num. 7. postis.

1 A liqua sunt in hoc punto extra controversiam. Primo, diuinis personas quatenus tales sunt orare non posse. Tum quia oratio est actus religionis inferioris ad superiorem, nulla autem diuina persona est alteri inferior. Ergo, Tum quia non habent distinctam voluntatem, quod necessario presupponi debebat: Dixi diuinis personas quatenus tales sunt orare non posse: vt indicarem Filium quatenus homo est ad scriptum ve Deum, ad Patrem, & Spiritum sanctum orare posse, vt de facto sapere oravit existens in hoc mundo. Quod autem modò existens in celo pro nobis oret, probare videatur locus ille Ioan. 14. *Ego regabo Patrem & alium Paracletum dabit vobis ut maneat vobis.* & ad Hebreos 7. *semper viuens ad interpellandum pro nobis.* Cum ergo de propria interpellatione, & rogatione possit intelligi, non debet ad impropiam loquitionem reduci. Neque obstat in hac vita Christum Dominum omnia cum parte tractasse, & pro omnibus orationes fuisse, scimusque pro quibus exaudiens, & in quibus ob eorum maliciam sua oratio sanctissima non habebat effectum. Non, inquam obstat, quoniam in celo orare non possit: quia hoc solum probat, eius orationem necessarium non esse; non tamen probat, non esse primum & sanctissimum, & ut taliter fundi posse. Alias dum existit in hac vita solum semel orare debuerat. Cum & illa oratio, tunc sit infinita virtus, & efficacitas, & optimè cognovit, in quibus habitura efficit effectum, & in quibus non. Si ergo non obstante hac oratione ob eius eximiiam in nos charitatem scriptus orationem repetiuit, idem in celo nunc facere potest, & de facto facit: ut sic verius verificetur, semper pro nobis interpellare. Quod si obstat. Ergo potero Christum orare, ut pro me quoniam homo est, ad Patrem orer; quod videatur esse contra Ecclesiae praxim. Respondeo concedendo id fieri posse, si debita intentione fiat, & abit scandalum; quia puto quod honestum est, & quod Christus Dominus sanctissime facit. At quia datur occasio malevolis, & ignorantibus errandi, existimando Christum Dominum non esse personam diuinam, neque per se posse concedere quidquid nobis necessarium est, id est a tali postulatione, & oratione abstinetur.

2 Secundo certum est, omnes homines viatores orare possunt, sive iusti sint, sive iniusti: debent tamen esse fidèles; quia absque fide eorum oratio (de qua in præsenti loquimur) non erit supernaturalis religionis actus. Nam ut dicit Paulus ad Rom. 10. *Quomodo inveniabunt, in quem non crediderunt?* quasi dicere Deum invocare non possum, invocatione pertinente ad salutem, nisi prius in ipsum credant. Supposita autem fide: si iusti sunt, clarum est, orare posse; tum pro le, & pro aliis iustis, vt in iustitia contineantur; tum pro peccatoribus, vt a peccato desistant. Si vero peccatores sint, orare ad Deum possunt, & debent ut eos mouere peccata relinquere. Negue ex eo, quod oratio fiat ab hoc peccatore, mala est, sed potius est bona, utilis, & consulenda, vixitque saepe Deus moueri ad excitandum peccatores, vt se ad gratiam diuino auxilio innixa disponat. Alias peccatores non tecum dicent, *dimit nobis debita nostra.*

3 Tertio certum est, Angelos in celo existentes animasque beatas Deum pro nobis orare, non solum in genere, sed etiam in specie & singularitate; alias Ecclesia non petet specialem eorum intercessionem, neque specialem ad illos orationem fundaret. Dupliciter autem pro nobis orant. Primo perendo a Deo, quae vident nobis profutura ad salutem, sive ab ipsis ea petierimus, sive non. Secundo offertudo Deo nostras petitiones. Nam licet Deus optimè cognoverit petitiones nostras, neque ad hunc effectum indiget illarum à Beatis presentatione, at illi gloriosum est, quod beati pro nobis hoc officium suscipiant, orationesque nostras iam sibi presentias iterum presentent, & suas orationes illis adiungant.

4 Sed obstat potest aduersus hanc doctrinam beatos optimè nosse, quia Deus facturus sit ex iis, quae illis homines proponunt a Deo petenda. Ergo petere non possunt ea, quae sciunt Deum facturum non esse; alias diuinæ voluntati non effici omnino conformes. Pro iis autem, quae sciunt Deum esse facturum, suæ uterumque videatur corum pentio.